

See <https://www.canonlaw.info/canonlawcomp.htm>

- Francis (reg. 2013-), m. p. *Mitis Iudex* (15 aug 2015), AAS 107 (2015) 958-970, Latin, English, [here](#). • Summary: Abrogates CIC 1671 to 1691 and replaces them with radically different provisions, i.e., *Mitis Iudex* 1671 to 1691. Cites: CIC 0383, 1418, 1423, 1671 to 1691, 1752.

(rev. 21 dec 2024)

<p>CIC 1671. Causae matrimoniales baptizatorum iure proprio ad iudicem ecclesiasticum spectant.</p>	<p>Mitis Iudex 1671. § 1. Causae matrimoniales baptizatorum iure proprio ad iudicem ecclesiasticum spectant.</p>
<p>CIC 1672. Causae de effectibus matrimonii mere civilibus pertinent ad civilem magistratum, nisi ius particulare statuat easdem causas, si incidenter et accessorie agantur, posse a iudice ecclesiastico cognosci ac definiri.</p>	<p>§ 2. Causae de effectibus matrimonii mere civilibus pertinent ad civilem magistratum, nisi ius particulare statuat easdem causas, si incidenter et accessorie agantur, posse a iudice ecclesiastico cognosci ac definiri.</p>
<p>CIC 1673. In causis de matrimonii nullitate, quae non sint Sedi Apostolicae reservatae, competentia sunt:</p>	<p>Mitis Iudex 1672. In causis de matrimonii nullitate, quae non sint Sedi Apostolicae reservatae, competentia sunt:</p>
<p>1° tribunal loci in quo matrimonium celebratum est;</p>	<p>1° tribunal loci in quo matrimonium celebratum est;</p>
<p>2° tribunal loci in quo pars <i>conventa</i> domicilium vel quasi-domicilium habet;</p>	<p>2° tribunal loci in quo alterutra vel utraque pars domicilium vel quasi-domicilium habet;</p>
<p><i>3° tribunal loci in quo pars actrix domicilium habet, dummodo utraque pars in territorio eiusdem Episcoporum conferentiae degat et Vicarius iudicialis domicilii partis conventae, ipsa audita, consentiat;</i></p>	
<p><i>4° tribunal loci in quo de facto colligendae sunt pleraeque probationes, dummodo accedat consensus Vicarii iudicialis domicilii partis conventae, qui prius ipsam interroget, num quid excipiendum habeat.</i></p>	<p>3° tribunal loci in quo de facto colligendae sunt pleraeque probationes.</p>
	<p>Mitis Iudex 1673. § 1. In unaquaque dioecesi iudex primae instantiae pro causis nullitatis matrimonii iure expresse non exceptis est Episcopus dioecesanus, qui iudiciale potestatem exercere potest per se ipse vel per alios, ad normam iuris.</p>

	<p>§ 2. Episcopus pro sua dioecesi tribunal dioecesanum constitut pro causis nullitatis matrimonii, salva facultate ipsius Episcopi accedendi ad aliud dioecesanum vel interdioecesanum vicinius tribunal.</p> <p>§ 3. Causae de matrimonii nullitate collegio trium iudicium reservantur. Eadem praeesse debet iudex clericus, reliqui iudices etiam laici esse possunt.</p> <p>§ 4. Episcopus Moderator, si tribunal collegiale constitui nequeat in dioecesi vel in viciniori tribunali ad normam § 2 electo, causas unico iudici clero committat qui, ubi fieri possit, duos assessores probatae vitae, peritos in scientiis iuridicis vel humanis, ab Episcopo ad hoc munus approbatos, sibi asciscat; eidem iudici unico, nisi aliud constet, ea competit quae collegio, praesidi vel ponenti tribuuntur.</p> <p>§ 5. Tribunal secundae instantiae ad validitatem semper collegiale esse debet, iuxta praescriptum praecedentis § 3.</p> <p>§ 6. A tribunali primae instantiae appellatur ad tribunal metropolitanum secundae instantiae, salvis praescriptis cann. 1438-1439 et 1444.</p>
<p>CIC 1674. Habiles sunt ad matrimonium impugnandum:</p> <p>1° coniuges;</p> <p>2° promotor iustitiae, cum nullitas iam divulgata est, si matrimonium convalidari nequeat aut non expedit.</p> <p>CIC 1675. § 1. Matrimonium quod, utroque coniuge vivente, non fuit accusatum, post mortem alterutrius vel utriusque coniugis accusari non potest, nisi quaestio de validitate sit praejudicialis ad aliam solvendam controversiam sive in foro canonico sive in foro civili.</p> <p>§ 2. Si autem coniux moriatur pendente causa, servetur can. 1518.</p>	<p>Mitis Iudex 1674. § 1. Habiles sunt ad matrimonium impugnandum:</p> <p>1° coniuges;</p> <p>2° promotor iustitiae, cum nullitas iam divulgata est, si matrimonium convalidari nequeat aut non expedit.</p> <p>§ 2. Matrimonium quod, utroque coniuge vivente, non fuit accusatum, post mortem alterutrius vel utriusque coniugis accusari non potest, nisi quaestio de validitate sit praejudicialis ad aliam solvendam controversiam sive in foro canonico sive in foro civili.</p> <p>§ 3. Si autem coniux moriatur pendente causa, servetur can. 1518.</p>

CIC 1676. Iudex, antequam causam acceptet et quotiescumque spem boni exitus perspicit, pastoralia media adhibeat, ut coniuges, si fieri potest, ad matrimonium forte convalidandum et ad coniugalem convictum restaurandum inducantur.

CIC 1677. § 1. Libello acceptato, praeses vel ponens procedat ad notificationem decreti citationis ad normam can. 1508.

§ 2. Transacto termino quindecim dierum a notificatione, praeses vel ponens, nisi alterutra pars sessionem ad item contestandam petierit, intra decem dies formulam dubii vel dubiorum decreto suo statuat ex officio et partibus notificet.

§ 3. Formula dubii non tantum quaerat an constet de nullitate matrimonii in casu, sed determinare etiam debet quo capite vel quibus capitibus nuptiarum validitas impugnetur.

§ 4. Post decem dies a notificatione decreti, si partes nihil opposuerint, praeses vel ponens novo decreto causae instructionem disponat.

CIC 1678. § 1. Defensori vinculi, partium patronis et, si in iudicio sit, etiam promotori iustitiae ius est:

1° examini partium, testium et peritorum adesse, salvo praescripto can. 1559;

2° acta iudicia, etsi nondum publicata, invisere et documenta a partibus producta recognoscere.

Mitis Iudex 1675. Iudex, antequam causam acceptet, certior fieri debet matrimonium irreparabiliter pessum ivisse, ita ut coniugalis convictus restitui nequeat.

Mitis Iudex 1676. § 1. Recepto libello, **Vicarius iudicialis** si aestimet eum aliquo fundamento niti, eum admittat et, decreto ad calcem ipsius libelli apposito, praecipiat ut exemplar notificetur defensori vinculi et, nisi libellus ab utraque parte subscriptus fuerit, parti conventae, eidem dato termino quindecim dierum ad suam mentem de petitione aperiendam.

§ 2. Praefato termino transacto, **altera parte**, si et quatenus, iterum monita ad suam mentem ostendendam, auditio vinculi defensore, **Vicarius iudicialis** suo decreto dubii formulam determinet et decernat utrum causa processu ordinario an processu breviore ad mentem cann. 1683-1687 pertractanda sit. Quod decretum partibus et vinculi defensori statim notificetur.

§ 3. Si causa processu tractanda est, **Vicarius iudicialis**, eodem decreto, constitutionem iudicum collegii vel iudicis unici cum duobus assessoribus iuxta [Mitis Iudex] 1673, § 4 disponat.

§ 4. Si autem processus brevior statutus est, **Vicarius iudicialis** agat ad normam iuxta [Mitis Iudex] 1685.

§ 5. Formula dubii determinare debet quo capite vel quibus capitibus nuptiarum validitas impugnetur.

Mitis Iudex 1677. § 1. Defensori vinculi, partium patronis et, si in iudicio sit, etiam promotori iustitiae ius est:

1° examini partium, testium et peritorum adesse, salvo praescripto can. 1559;

2° acta iudicia, etsi nondum publicata, invisere et documenta a partibus producta recognoscere.

§ 2. Examini, de quo in § 1 n. 1, partes assistere nequeunt.

CIC 1679. *Nisi probationes aliunde plenae habeantur, iudex, ad partium depositiones ad normam can. 1536 aestimandas, testes de ipsarum partium credibilitate, si fieri potest, adhibeat, praeter alia indicia et adminicula.*

CIC 1680. In causis de impotentia vel de consensus defectu propter mentis morbum iudex unius periti vel plurimum opera utatur, nisi ex adjunctis inutilis evidenter appareat; in ceteris causis servetur praescriptum can. 1574.

CIC 1681. Quoties in instructione causae dubium valde probabile emerget de non secuta matrimonii consummatione, tribunal potest, *suspensa de consensu partium causa nullitatis*, instructionem completere pro dispensatione super rato, ac tandem acta transmittere ad Sedem Apostolicam una cum petitione dispensationis ab alterutro vel utroque coniuge et cum voto tribunalis et Episcopi.

CIC 1682. § 1. Sententia, quae matrimonii nullitatem primum declaraverit, una cum *appellationibus*, si quae sint, et ceteris iudiciorum actis, intra viginti dies a sententiae publicatione ad tribunal *appellationis ex officio* transmittatur.

§ 2. Si sententia pro matrimonii nullitate prolata sit in primo iudiciorum gradu, tribunal *appellationis*, perpensis animadversionibus defensoris vinculi et, si quae sint, etiam partium, suo decreto vel decisionem continenter confirmet vel ad ordinarium examen novi gradus causam admittat.

§ 2. Examini, de quo in § 1 n. 1, partes assistere nequeunt.

Mitis Iudex 1678. § 1. **In causis de matrimonii nullitate, confessio iudicialis et partium declarationes, testibus forte de ipsarum partium credibilitate sustentae, vim plenae probationis habere possunt, a iudice aestimandam perpensis omnibus indicis et adminiculis, nisi alia accedant elementa quae eas infirment.**

§ 2. **In iisdem causis, depositio unius testis plenam fidem facere potest, si agatur de teste qualificato qui deponat de rebus ex officio gestis, aut rerum et personarum adiuncta id suadeant.**

§ 3. In causis de impotentia vel de consensus defectu propter mentis morbum **vel anomaliam naturae psychicae** iudex unius periti vel plurimum opera utatur, nisi ex adjunctis inutilis evidenter appareat; in ceteris causis servetur praescriptum can. 1574.

§ 4. Quoties in instructione causae dubium valde probabile emerget de non secuta matrimonii consummatione, tribunal potest, **auditis partibus, causam nullitatis suspendere**, instructionem completere pro dispensatione super rato, ac tandem acta transmittere ad Sedem Apostolicam una cum petitione dispensationis ab alterutro vel utroque coniuge et cum voto tribunalis et Episcopi.

Mitis Iudex 1679. Sententia, quae matrimonii nullitatem primum **declaravit, elapsis terminis a cann. 1630-1633 ordinatis, fit exsecutiva.**

Mitis Iudex 1680. § 1. **Integrum manet parti, quae se gravatam putet, itemque promotori iustitiae et defensori vinculi querelam nullitatis sententiae vel *appellationem contra eandem sententiam interponere ad mentem cann. 1619-1640.***

	<p>§ 2. Terminis iure statutis ad appellationem eiusque prosecutionem elapsis atque actis iudicibus a tribunali superioris instantiae receptis, constituatur collegium iudicum, designetur vinculi defensor et partes moneantur ut animadversiones, intra terminum praestitutum, proponant; quo termino transacto, si appellatio mere dilatoria evidenter appareat, tribunal collegiale, suo decreto, sententiam prioris instantiae confirmet.</p>
<p>CIC 1683. Si in gradu appellationis novum nullitatis matrimonii caput afferatur, tribunal potest, tamquam in prima instantia, illud admittere et de eo iudicare.</p>	<p>§ 3. Si appellatio admissa est, eodem modo quo in prima instantia, congrua congruis referendo, procedendum est.</p>
	<p>§ 4. Si in gradu appellationis novum nullitatis matrimonii caput afferatur, tribunal potest, tamquam in prima instantia, illud admittere et de eo iudicare.</p>
<p>CIC 1684. § 1. Postquam sententia, quae matrimonii nullitatem primum declaravit, <i>in gradu appellationis confirmata est vel decreto vel altera sententia, ii, quorum matrimonium declaratum est nullum, possunt novas nuptias contrahere statim ac decretum vel altera sententia ipsis notificata est, nisi vetito ipsi sententiae aut decreto apposito vel ab Ordinario loci statuto id prohibeatur.</i></p> <p>§ 2. <i>Praescripta can. 1644 servanda sunt, etiam si sententia, quae matrimonii nullitatem declaraverit, non altera sententia sed decreto confirmata sit.</i></p>	<p>Mitis Iudex 1681. Si sententia exsecutiva prolata sit, potest quovis tempore ad tribunal tertii gradus pro nova causae propositione ad normam can. 1644 provocari, novis iisque gravibus probationibus vel argumentis intra peremptorium terminum triginta dierum a proposita impugnatione allatis.</p> <p>Mitis Iudex 1682. § 1. Postquam sententia, quae matrimonii nullitatem declaraverit, facta est exsecutiva, partes quarum matrimonium declaratum est nullum, possunt novas nuptias contrahere, nisi vetito ipsis sententiae apposito vel ab Ordinario loci statuto id prohibeatur.</p>
<p>CIC 1685. Statim ac sententia facta est exsecutiva, Vicarius iudicialis debet eandem notificare Ordinario loci in quo matrimonium celebratum est. Is autem curare debet ut quam primum de decreta nullitate matrimonii et de</p>	<p>§ 2. Statim ac sententia facta est exsecutiva, Vicarius iudicialis debet eandem notificare Ordinario loci in quo matrimonium celebratum est. Is autem curare debet ut quam primum de decreta nullitate matrimonii et de</p>

<p>vetitis forte statutis in matrimoniorum et baptizatorum libris mentio fiat.</p>	<p>vetitis forte statutis in matrimoniorum et baptizatorum libris mentio fiat.</p> <p>Mitis Iudex 1683. Ipsi Episcopo dioecesano competit iudicare causas de matrimonii nullitate processu breviore quoties:</p> <p>1° petitio ab utroque coniuge vel ab alterutro, altero consentiente, proponatur;</p> <p>2° recurrent rerum personarumque adiuncta, testimoniis vel instrumentis suffulta, quae accuratiorem disquisitionem aut investigationem non exigant, et nullitatem manifestam reddant.</p> <p>Mitis Iudex 1684. Libellus quo processus brevior introducitur, praeter ea quae in can. 1504 recensentur, debet:</p> <p>1° facta quibus petitio innititur breviter, integre et perspicue exponere;</p> <p>2° probationes, quae statim a iudice colligi possint, indicare;</p> <p>3° documenta quibus petitio innititur in adnexo exhibere.</p> <p>Mitis Iudex 1685. Vicarius iudicialis, eodem decreto quo dubii formulam determinat, instructore et assessore nominatis, ad sessionem non ultra triginta dies iuxta [Mitis Iudex] 1686 celebrandam omnes citet qui in ea interesse debent.</p> <p>Mitis Iudex 1686. Instructor una sessione, quatenus fieri possit, probationes colligat et terminum quindecim dierum statuat ad animadversiones pro vinculo et defensiones pro partibus, si quae habeantur, exhibandas.</p> <p>Mitis Iudex 1687. § 1. Actis receptis, Episcopus dioecesanus, collatis consiliis cum instructore et assessore, perpensisque animadversionibus defensoris vinculi et, si quae habeantur, defensionibus partium, si</p>
--	---

	<p>moralement certitudinem de matrimonii nullitate adipiscitur, sententiam ferat. Secus causam ad ordinarium tramitem remittat.</p> <p>§ 2. Integer sententiae textus, motivis expressis, quam citius partibus notificetur.</p> <p>§ 3. Adversus sententiam Episcopi appellatio datur ad Metropolitam vel ad Rotam Romanam; si autem sententia ab ipso Metropolita lata sit, appellatio datur ad antiquorem suffraganeum; et adversus sententiam aliis Episcopi qui auctoritatem superiorem infra Romanum Pontificem non habet, appellatio datur ad Episcopum ab eodem stabiliter selectum.</p> <p>§ 4. Si appellatio mere dilatoria evidenter appareat, Metropolita vel Episcopus de quo in § 3, vel Decanus Rotae Romanae, eam a limine decreto suo reiciat; si autem admissa fuerit, causa ad ordinarium tramitem in altero gradu remittatur.</p>
<p>CIC 1686. Recepta petitione ad normam can. 1677 proposita, Vicarius iudicialis vel iudex <i>ab ipso</i> designatus potest, praetermissis sollemnitatibus ordinarii processus sed citatis partibus et cum interventu defensoris vinculi, matrimonii nullitatem sententia declarare, si ex documento, quod nulli contradictioni vel exceptioni sit obnoxium, certo constet de exsistentia impedimenti dirimentis vel de defectu legitimae formae, dummodo pari certitudine pateat dispensationem datam non esse, aut de defectu validi mandati procuratoris.</p>	<p>Mitis Iudex 1688. Recepta petitione ad normam [Mitis Iudex] 1676 proposita, Episcopus dioecesanus vel Vicarius iudicialis vel iudex designatus potest, praetermissis sollemnitatibus ordinarii processus sed citatis partibus et cum interventu defensoris vinculi, matrimonii nullitatem sententia declarare, si ex documento, quod nulli contradictioni vel exceptioni sit obnoxium, certo constet de exsistentia impedimenti dirimentis vel de defectu legitimae formae, dummodo pari certitudine pateat dispensationem datam non esse, aut de defectu validi mandati procuratoris.</p>
<p>CIC 1687. § 1. Adversus hanc declarationem defensor vinculi, si prudenter existimaverit vel vitia de quibus in can. 1686 vel dispensationis defectum non esse certa, appellare debet ad iudicem secundae instantiae, ad quem acta sunt transmittenda quique scripto monendus est agi de processu documentali.</p> <p>§ 2. Integrum manet parti, quae se gravatam putet, ius appellandi.</p>	<p>Mitis Iudex 1689. § 1. Adversus hanc declarationem defensor vinculi, si prudenter existimaverit vel vitia de quibus in [Mitis Iudex] 1688 vel dispensationis defectum non esse certa, appellare debet ad iudicem secundae instantiae, ad quem acta sunt transmittenda quique scripto monendus est agi de processu documentali.</p> <p>§ 2. Integrum manet parti, quae se gravatam putet, ius appellandi.</p>

<p>CIC 1688. Iudex alterius instantiae, cum interventu defensoris vinculi et auditis partibus, decernet eodem modo, de quo in can. 1686, utrum sententia sit confirmando, an potius procedendum in causa sit iuxta ordinarium tramitem iuris; quo in casu eam remittit ad tribunal primae instantiae.</p>	<p>Mitis Iudex 1690. Iudex alterius instantiae, cum interventu defensoris vinculi et auditis partibus, decernet eodem modo, de quo in [Mitis Iudex] 1688, utrum sententia sit confirmando, an potius procedendum in causa sit iuxta ordinarium tramitem iuris; quo in casu eam remittit ad tribunal primae instantiae.</p>
<p>CIC 1689. In sententia partes moneantur de obligationibus moralibus vel etiam civilibus, quibus forte teneantur, altera erga alteram et erga prolem, ad sustentationem et educationem praestandam.</p>	<p>Mitis Iudex 1691. § 1. In sententia partes moneantur de obligationibus moralibus vel etiam civilibus, quibus forte teneantur, altera erga alteram et erga prolem, ad sustentationem et educationem praestandam.</p>
<p>CIC 1690. Causae ad matrimonii nullitatem declarandam <u>nequeunt</u> processu contentioso orali tractari.</p>	<p>§ 2. Causae ad matrimonii nullitatem declarandam, processu contentioso orali, de quo in [Mitis Iudex] 1656-1670, tractari <u>nequeunt</u>.</p>
<p>CIC 1691. In ceteris quae ad rationem procedendi attinent, applicandi sunt, nisi rei natura obstet, canones de iudiciis in genere et de iudicio contentioso ordinario, servatis specialibus normis circa causas de statu personarum et causas ad bonum publicum spectantes.</p>	<p>§ 3. In ceteris quae ad rationem procedendi attinent, applicandi sunt, nisi rei natura obstet, canones de iudiciis in genere et de iudicio contentioso ordinario, servatis specialibus normis circa causas de statu personarum et causas ad bonum publicum spectantes.</p>

Note: This version of comparisons replaces the one I posted 26 jan 2018.